gan maiores iure et potentiores non
stringi. Et ideo ex hac nascuntur bella
civilia et discordie sparguntur quia
semper maiores super minores exercere
latrocinia requirunt et coacta furta.
Nec mirum quia quos divinus amor non
retrahit pena propter malignitatem legis non
punit necesse est in omne scelus et
flagitium dilabi. Cum non lex inso
lentias potentium sedet per penas exa
gerat statim exemplo eorum inferiores ca
fugiunt. Contemplationi et lectioni
scripturarum debet intendere. Nam si fa
brorum artifices lignorum quia cessores et
multa opera se gloriantur educere et agrico
le se utiles multo predicant. Hii tales
iudices contemplantes plurima hiis omnibus
operantur et faciunt. Unde dicit Seneca. Cre
de michi quod qui nichil agere videntur maio
ra agunt. Humana simul et divina trac
tant. Ideo inter artifices nulla est quies
placida nisi quod ideo iudicium ipsum opposuit.
Et ideo dicit Agellius in libro noctium attica
rum de Socrate quod stare quamquam consueverat
ita cogitabundus ut per diem unum naturalem
a summo lucis ortu usque ad solem alterum
orientem immobilis. Item vestigiis ore
atque oculis in eundem locum ductis tamquam
quodam excessu mentis atque animi facto a
corpore. Et interrogatus cur attentum se esse
dixit. Mundanum inquit. Toti enim mundo
se incolam et civem arbitrabatur. Refert
Valerius quod Carneades laboriosus
adiutor sepius cum ad mensam sederet
cogitationibus tamen inhebebat ut manum
ad cibum ponere oblivisceretur. Sed Melisa
nomine uxor eius quam magis iure societa
tis quam carnali copula sibi iunxerat tem
perate inter studia et medios sucurrendi
officio dexteram eius usibus necessitatis

accomodabat ne vir nobilis et sapiens
fame periret. Dindimus ad Alexandrum
dicit. Nos non sumus incole huius mun
di sed advene nec in mundo tamen venimus
ut in eo libeat consistere sed transire. Nichil
enim indecorum quippe contingimus pene qui
nullam conscientie fronte progredimur ut ex
peccati ac finales spiritum proponimus cum
tenens. Et hec de iudicibus. Sed Alphi
libro dicta sufficiant.

Capitulum quartum de forma militis
officio et moribus eius.

Militem super equum omnibus deco
ratum armis imposuit et for
mari noverunt. Habuit enim
galeam in capite. Hastam in manu dextera.
Clippeo protectus fuit. Ensis et clava in
leva eius. Gladius in dextera. Loricam
habuit in corpore. Plectas in pectore.
Ferreas ocreas in tibia. Calcaria in
pedibus. In ambabus manibus ferreas
cyrotecas. Equum doctum et ad bellum
aptum cum faleris. Hii dum ac
cinguntur balneantur ut novam vitam
ducant et mores. Orationibus pernoctant a